



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXVII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](#)

**S.** Simeon Confessor honoris Marianī defendendi studiosissimus, Judæorum antesig-  
nanum, bellum Virginitati Deiparæ moventem, morte subitâ stravit, quâ visâ reliqui ejus  
asseclæ manus vietas dedere, & ex Ducis mor-  
te meliorem vitam auspicati, Deiparam vene-  
rari didicerunt. *Fasti.* Vitam non meretur,  
qui vitæ Matrem persequitur.

**S.** Simeon ora pro me ut mihi in ultimo  
prælio clementer assistere, ac mecum contra  
infernalem hostem arma movere Deipara  
dignetur, sic si confurgant adversum me ca-  
stra, non timebit cor meum, hæc enim est,  
quæ priusquam nasceretur, in ipsa Conceptio-  
ne super aspidem & basiliscum ambulavit.  
**O** Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima  
ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde,  
omnibusque tam corporis quam animæ viri-  
bus, centies millies, imò infinites &c. fol. 190.

Ad quod impetrandum: Nomine totius  
universi Sanctæ Annæ gratias agam, pro  
Filia hac orbi data, & tam sollicitè edu-  
cata.

Cùm misericordia DEI sit ab æterno, am-  
plior esse cupit in tempore, & cùm ex te, ô  
Virgo! capit initium, ejus quoq; largitas per  
te sumpsit augmentum. *Rich. à S. Victore in  
Cant.*

**Quæstio:** An Sancta Anna plures proles  
præter Mariam genuerit?